

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Augustini De Balthasar J.U.D. & Prof. Ord. R. Consistorii  
Directoris Jurisprudentia, Secundum Ordinem  
Institutionum Imp. Justiniani In Tabellas Subjunctis  
Subinde Succinctis Definitionibus Ac ...**

B.C.D. Die XVII. Februar. MDCCCLXI. Publice Ventilandum

**Balthasar, Augustin von  
Gryphiswaldiae, [1761]**

**VD18 90557182**

Widmung

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16022**

NOBILISSIME ATQUE DOCTISSIME  
DOMINE STENTZLERE,  
COMMILITO HONORATISSIME, DILECTISSIME.

Cumprimum tē institutioni meae tradidisti, ut animi  
tui dotes ingenique indolem penitus intueri, occasionem  
naētus fuerim: dicere vix possum, qua animi lētitia  
meum tibi inserviendi studium tuis usibus dicaverim. Par-  
tim, quod ipsa experientia sim edoc̄us, me operam in-  
dustriamque meam non inutiliter consumere, nec spe la-  
etari inani, studia tua, divina favente gratia, majora  
indies capture esse incrementa, ut felicissimum tandem ob-  
tentura sint finem; Partim etiam, quod hoc ipso occasionem  
naētus fuerim, in tē illud compensandi beneficium, quod  
ipse PARENTI Tuo, Viro summe reverendo, Colle-  
gæ meo honoratissimo, me acceptum tulisse, grata  
mente recordor.

Gratulor tibi, dilectissime STENTZLERE, ex  
animo de primo hoc studiorum ac eruditionis Tuæ publi-  
co specimine; gratulor & PARENTI Tuo, maxime ve-  
nerando,



nerando, de filio optimæ spei, ex quo fructus industriae  
suæ impensique laboris olim colliget uberrimos.

Faxit supremum Numen, ut, in spem charissimi PARENTIS & publicæ rei, in tramite virtutum ac studiorum Tuorum eo, quo cepisti, cursu strenue pergas; quo tandem spes pulcherrima, certissima, Te foveat, tanto legitimo studio perfecto, posse etiam nostram Rempublicam in partibus, Tibi credendis, gubernari. Vale faveque

T I B I

Dabam Gryphisio.  
1761. d. 17. Februar.

addictissimo  
PRÆSIDI.



UT ET  
VIRO  
CONSULTISSIMO, DOCTISSIMO,  
**DN. PETRO MATTHIÆ**  
**HASELBERGIO,**  
J. U. DOCTORI ET CIVITATIS GRYPHICÆ  
SYNDICO PRIMARIO,  
DE UNIVERSA HAC CIVITATE QVOTIDIE BENE  
MERENTI,

AVUNCULIS, TAM CONSANGUINITATIS, QVAM  
AFFINITATIS NEXU MIHI JUNCTIS,  
ÆTERNUM SUSPICIENDIS

DISSERTATIONEM HANCCE  
DEDICAT.



VIRI  
PERILLUSTRIS, SUMME REVERENDE  
AC CONSULTISSIME!

Tam pietas, quæ VOS, VIR ILLISTRIS, SUMME REVERENDE atque CONSULTISSIME, proxime post parentem loco venerari jubet, quam & ingens VESTRUM, PATRONI SUMMOPERE DEVENERANDI, beneficiorum in me collatorum cumulus, a mē exigit, hoc qualemque primum meum academicum specimen VESTRIS adscribere nominibus. Non quidem eo animo, ac si eadem ullo modo rependi posse existimem, plura enim sunt, quam ut cogitando asseQui valeam; sed, ut animi gratissimi simul ac devotissimi pignus sit perpetuum. Serena itaque fronte id respiciatis, meque, ut hactenus, ita & in posterum, favore VESTRO dignemini, submisse oro, obtestor, dum vixero.

ILLUSTRIUM CELEBERRIMORUMQVE  
NOMINUM VESTRORUM

Gryphiswaldiae  
die 17. Februarii 1761.

Cultor et Cliens humillimus  
TIMOTHEUS STENTZLER.



VIRO  
PERILLUSTRI, MAGNIFICO,  
GENEROSSISSIMO,  
**DOMINO CHRISTIANO**  
**DE NETTELBLA,**  
SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATI A CONSILIIS INTIMIS  
INTEGRÆ SPECTATISSIMÆQVE FIDEI,  
JUDICII IMPERIALIS CAMERÆ ASSESSORI  
GRAVISSIMO,  
SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS SVECICÆ EQVITI  
ORDINIS STELLÆ BOREALIS FULGIDISSIMO.



NEC NON  
VIRO  
SUMME REVERENDO,  
DOMINO  
**GABRIELI TIMOTHEO**  
**LÜTKEMANNO,**  
S. S. THEOL. DOCTORI CELEBERRIMO,  
ECCLESiarum GOTTLANDIE EPISCOPO EMINENTI.



## AMICE SUAVISSIME!

Quatuor ferme effluxerunt anni, ex quo humanitatem, industriam, amicitiam, reliquasque *Tuas, amice dilectissime!* præclaras Virtutes penitus cognoscere, easdemque admirari licuit. Officii igitur mei rationes exposcunt quidem & efflagitant, ut hoc meo scribendi arguento Laudum *Tuarum* enarrandarum institurus sim recensionem; enim vero, iisdem, ob insignem *Tuam*, qua prædictus es, modestiam, uti non possum. Permittas potius atque indulgeas, ut *Tibi*, ob specimen illud academicum, quod *Praefide Viro*, fama ac meritorum gloria conspicuo, in *Te* defendendum fuscipis, felicia quævis ac fausta sim apprecaturus. Gratulor itaque *Patriæ Tuæ*, cui honorem aliquando & decus es conciliatus! Gratulor denique ex intimo cordis affectu publica hæc industriæ virtutumque *Tuarum* documenta, quæ omnem merentur applausum: Deum devota mente precatus, ut pie-tatem *Tuam* confirmet, Virtutes *Tuas* adaugeat, amicorumque *Tuorum* dulcissimorum vota, omni ex parte adimpleat. Vale, *Dilectissime STENTZLERE*, & quod adiutrus es iter Academicum, sub Numinis benignissimi tutela feliciter fuscipe atque absolve. Cæterum res *Tuas* sospites age *Tuumque*, uti hactenus fecisti, amare perge

Dabam Gryphiswaldiæ

die 13. Febr. 1761.

ALBERTUM PHIL. WESTPHALIUM,

Philos. Magistr.



AMICE SUAVISSIMI!

Cum arcta semper nobis intercessit amicitia, paucis hisce  
volvi, debui, meum in *Te* affectum testari, *Tibi*que ingenii  
dotes, studiorumque progressus eximios gratulari. Gratulor  
etiam Republicæ literariæ civem, literarum & morum cul-  
tura clarum; gratulor *Dn. Parenti tuo, maxime Venerando, Dnis*  
*Affinibus Tuis clarissimis reliquisque amicis*, sobolem & consanguineum,  
cujus animus ad sublimiora stimulum sentit. Gratulor &  
mihi amicum desideratissimum. Voveo insuper, impertiat  
*Tibi* summus rerum stator & arbiter præmia, quibus eruditio  
& virtus, suos cultores insignire solet. Vale.

TUUS


TOTUS

Gryphiswaldiae  
die 13. Februar. 1761.


AUGUST. VALENTINUS REHFELD,  
Philof. & LL. Cultor.



SCHEMA  
SUCCESSIONIS AB IO.  
I. CLASSIS *Desce*



II. CLASSIS *Aste*  
a. Si soli adfi




b. Sic cum Collateralibus con

9                    10                    11


      11

c) Remotiorum Col




Corrigendum.

p. 126, lin. 5. a fine & p. 129.  
lin. 19. pro 2di lege *Imi*.




SCHEMATA  
SUCCESSIONIS AB INTESTATO.  
I. CLASSIS Descendentium.




II. CLASSIS Ascendentium.

a. Si foli adsunt




b. Sic cum Collateralibus concurrunt




III. CLASSIS Collateralium.

a) Fratrum & Sororum bilateralium.




b) Unilateralium

a. Sic cum bilateralibus concurrunt.



b. Si foli adsunt, vel cum defuncti patruis concurrunt



c) Remotiorum Collateralium.

Corrigendum.

p. 126, lin. 5, a fine & p. 129.  
lin. 19, pro 2di lege *Imi.*

